

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre XIItemMythologia, Venise, 1567 - X \[75\] : De Tantal](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [75] : De Tantal

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[75\] : De Tantal](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 18 : De Tantal](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[75\] : De Tantal](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[75\] : De Tantal](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologia

& absurda agant necesse est, multisque cupiditatibus, & omnibus animorum affectibus obsequantur. Neque vero ob hos motus animi tantum hæc tradita sunt in fabulis, ut ab iis ablineamus, sed etiam ut demonstraretur quod nullus status illorum est diuturnus, qui ob illegitimas artes ad honorum apicemque gloriæ contenderunt. Nullus enim honor nisi per virtutem teneri potest.

De Sisypho.

DEINDE ad deprimendam loquacitatem omnis improbitatis vindicem Deum esse dixerunt, qui solet in illos etiam animaduerte re, qui fidem non seruant iis magistratibus ac Regibus, à quibus dignitates acceperunt: non enim conuenit res aëcanas principum in vulgus proferre. Neque tamē minus hoc ad illos pertinet, qui magistratus & honores expetunt cum summa animi contentione, & tamen sæpius repulsam patiuntur, qui per hæc fabulā admonebantur nihil esse humano generi calamitosius ambitione. Poterat tamen ad omnia humanæ vitæ studia istud ipsum transferri, quod ubi illa, quæ prius admirabatur, aliquis consecutus fuerit: tum eius rei pertectus alterius cupiditate capitur.

De Tantalo.

REVOCAVTUR præterea ab auaritia mortales per fabulam Tantali, cum opulenti propter diuitias dici filii Iouis consueuerint. Iidem condemnati sunt apud inferos siti perpetuæ, cum nulla sit vel in maxima diuitiarum copia satietas: quippe cum illarum etiam desiderium vnâ cum ipsa copia excreseat.

De Tityo.

SI quis vel viribus corporis, vel nobilitate generis, vel humanis viribus fretus æquitatem, reliquasque virtutes neglexerit, ille poterit Tityi supplicio ab omni turpitudine deterreri, cum neque tantum quidem corpus, tantaque proceritas ipsum Tityum protegere à diuina vindicta poterit. Fuerunt tamen nonnulli qui Tityi fabulam ad segetum naturam retraxerint, ut suo loco dictum fuit.

De Titanibus.

TITANVM fabula non quidem ad mores componendos, sed ad naturæ negotia explicanda, conficta est: qui dicti sunt aduersus Iouem arma cepisse, & rursus ab eo fuisse in tartarum deiecti, quia naturalia corpora corruptioni obnoxia videntur quidem sempiternis illis cœlestibus corporibus se velle æquiparare, cum tamen ad interitum cito prolabantur, quâuis singulæ formæ animantium sint sempiternæ. Has igitur formas siue Titanes patres hominum ac Deorum, & omnium animantium fontem appellarunt. Quidam solem Titana putarunt esse, alii crassiora elementa, quæ ob suam materiam inferius detruduntur à vi superna.

De